

AEIVSDEM EVSEBII COGNOMENTO
PAMPHILI, EPISCOPI CAESAREAE PALAESTINAE,
DE VITA SANCTISSIMI IMPERATORIS
Constantini, Libri quatuor.

Ob necē Crispi & Faustae à Constantino patratae ab Eusebio hic libro silentio pratermissa, Eusebius hic potius Encomium Constantini, quā vitā eius historicē descripsisse iudicatur à Baron. anno 324. n. 5. Vide annotationes in fine praeced. capituli.

Eusebius hoc capite Constantinum ait imperasse amplius triginta annis, & vixisse eo temporis spatio conduplicato: Ruffinus ait, eum defunctum esse anno Imperij sui 31. id quod ipse Eusebius in Chronicis interpretatus ait eum imperasse annis 30 & mensibus decem, in vita autem Constantini, lib. 4. cap. 53. ait eum imperasse 32. annos, demptis aliquot mensibus & diebus, & imperasse temporis eodem spatio conduplicato. Socrates demum libro primo, cap. 26. ait, eum defunctum esse anno aetatis suae sexagesimo quinto, ita ut ad annum 65. complendum duo menses reliqui fuerint. Tantum igitur hi quatuor libri continent historia; quantum intra Christi annum 275. Aureliani Imp. 2. quo natus est, & 341. Christi, Imperij sui ultimum inchoatum, quo mortuus est, interstitij comprehenditur: Auctores autem iidem illi hic referendi sunt, quos retulimus supra, ad lib. 7. 8. 9. & 10.

Prooemium de morte Constantini, & de liberis eius Imperatoribus: & quod Deus Imperatores pios honorat, & tyrannos perimit: quodque Deus Constantinum honoravit, qui annos plusquam triginta pie Imperium solus administravit:
vixit autem annos supra sexaginta.

CAPVT I.



QVEM AD MODVM vniuersum hominum genus illustrem & praepotentem nostrum Imperatorem, ad decimum quemque Imperij annum ratis conuersionibus iterum ac tertio reuolutum, diebus festis epulisque solennibus magnificē celebravit: ita nos quoque, non solum cum iam viginti annos regnasset, multisque victoriæ trophæis esset nobilitatus, illum amplo ministrorum Dei confessu stipatum, diuinis laudibus ad cælum vsque extulimus: a verumetiam cum triginta annos modò in hoc imperandi munere confecisset, augustum illius caput orationibus, tanquam coronis ex varijs flosculis pulchrè contextis, nuper in ipsa regia mirificè decorauimus. Verum nunc^b quasi in ambiguo hærens consisto, & dum aueo aliquid, quod est in communi dicendi consuetudine positum, perspicuè eloqui, velut anceps & incertus, non habeo quò me vertam, sola peregrini & insolentis aspectus admirabilitate obstupefactus. Nam in quamcunque mundi partem, siue ad solis ortum, siue ad occasum, siue ad vniuersæ terræ ambitum, siue ad cælum ipsum aciem acriter intendo, nusquam non Imperatorem illum beatum præstò esse conspicio. Eius enim liberos, tanquam lumina quædam recens accensa, & ex patris splendore profusa, omnes terræ oras sua claritate complere video: illumque ipsum vi & virtute viuentem, & totum vitæ nostræ cursum multo quàm antea splendidius præclariusque propterea gubernantem cerno, quòd eiusmodi numero liberorum, à quibus ei in Imperij administratione successum est, amplificatus sit: qui quidem sicut non ita pridem fuere Cæsarei honoris & dignitatis facti participes, ita iam vera patris sui persona omninò propter singularem pietatis & diuini cultus præstantiam induti, Imperatores, Augusti, Reges etiam declarati sunt, denique omnibus patris ornamentis eximiè illustrati. Atque cum illum, qui paulò antè in compagibus mortalis corporis cernebatur conclusus, qui que cum admiratione nobiscum vnà versabatur, etiam post extremum vitæ diem (quando natura, si quid superuacaneum sit, illud tanquam alienum solet arguere) & regalium ædium magnificentia eadem, & eisdem tum honorum, tum laudum insignibus dignatum contemplor, quasi mente captus, supra modum obstupescò. Quinetiam cum iam aciem oculorum adijcio ad ipsum cœli complexum omnia vndique ambigentem, & eius beatissimum animum ibi cum ipso Deo vita frui cogitatione informo, & non modo omni caduco mortali que integumento exutum, verumetiam apparatu fulgoris radijs mirè splendescente collustratum, & neuiquam in isto exigui temporis anfractu amplius ad mortalium consuetudinem volutatum, sed corona, quæ perpetuò florebit, vita quæ nullum exitum est habitura, beati æui denique immortalitate honorificè donatum mecum considero: stupore oppressus penitus conticesco, & tanquam mutus nullam emitto vocem, sed mea ipsius tenuitate viribusque imbecillis condemnatis, atque adèò silentio mihi ipsi indicto, locum do meliori: Deo videlicet immortalis, qui & amplitudinem laudis dignitati eius ex æquo respondentis dicendo assequi, & cum verus sermo sit, suas ipsius voces (quibus prædixit, illos qui ipsum gloria efferunt, & obseruantia venerantur, muneribus, quæ ipsorum gratiam compensent, mirum in modum ab se remuneratos fore: hos autem, qui se inimicos, & hostes illi ex aduerso opponant, ipsos sibi suum interitum tandem ascituros) verè confirmare queat. Atque promissa in sacro ipsius verbo comprehensa, hinc iam rata fidelique comprobavit, quòd tum tyrannos, qui cum ipso

Panegyrici in laudem Constantini decimo quoque imperij illius anno celebrati. Modestè sibi beneuolentiæ & attentione parat ab argumenti magnitudine per comparationem.

Constantini Imper. liberi, parentis defuncti heredes ac successores in Imperio & honoribus.

Amplificac presentis argumenti difficultatem.

Deus pios principes honorat, tyrannos extinguit.

Vide Nic. ceph. ca. 54. 55. l. 8. Theod. lib. 1. ca. 32. 34. Soc. lib. 1. cap. 26. Soz. lib. 2. cap. 32. Ruff. lib. 1. cap. 11. a Sentit de ca ora tione, q̄ subiūctā ultimo loco hic vides de laudibus Cōstantini. b Sentit de 4. his libris de vita Cōstantini.

2. Cor. 5.

INVS MAGN...
nerunt.
aduerrit, de...
in animū in...
imento, quo...
propugnator...
splendidi...
uifo apparet...
quibus tyrā...
mpios, quasi...
nefandum ty...
cedibus pro...
o charus non...
erā equitatis...
i tyrānidis iu...
ū genus pau...
ncolumē ser...
s fuisse, & Li...
auitate neut...
nti, nihil om...
ait salutis spe...
amore vtrius...
dextra omni...
citur. Pater li...
nium seruato...
& disposita...
ope, ex anima...
nudiustertius...
quidem nomi...
a, debita igno...
le oculis aspe...
riplinā admitt...
cit. Per simile...
dē calamitatis...
& profligatus...
cum filio Cris...
ntē in suam re...
n vnū redegit...
s, & ad alterat...
orinuit. Proin...
s sublatus fuit...
ia redundarūt...
alorum obruta...
agros primū...
inde pium Im...
veterum nullā...
ntium bonorū...
decreta solum...
e, verū etiam le...
ocis quibusque...
ōstantinus so...
& præsidio fir...
que principio...
fruebantur, au...
m diuini num...
er sanctiones &

Historiam suam Eusebius
hic tantum imperij
Constantini, ut idem fatetur
Xenophontem in vita
Ecclesia omnia illa quæ
24. n. 5 & 6.
EIVS